

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

Articulus I. An leges humanæ obligent in conscientia?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

DISPUTATIO XXXV.

DE
Obligatione legis:
ad q. 96.

PRÆCIPUS legis effectus seu proprietas est, subditos obligare ad sui executionem & obedientiam, prout ipsum legis nomen à ligando dictum significat. Ubi certum est, lege naturali & divinâ induci obligationem in conscientia, ita ut ejus transgressores in gravi materia peccati mortalis gehennæ reatum incurant. Dubium est, an eadem sit vis legis humanæ, ut sub reatu peccati transgressor obligeat in conscientia. Ubi recolenda est divisio legis humanæ sup. exposita in præceptivam, pena-lem, mixtam &c.

ARTICULUS I.

An leges humanæ obligent in conscientia?

SUMMĀRIA.

1. Lex humana obligat in conscientia.
2. Depellitur obiectio.
3. Obligatio legis veleat ad actum, vel ad poenam.
4. Leges penales vel disjunctivè mixta non obligant ad actum determinante.
5. Item si intentio obligandi ad actum non satis exprimitur.
6. Sententiae, que nolunt subditos gravare in conscientia, non sunt proprie leges.
7. Solvuntur obiectiones.
8. Leges tribuorum obligant in conscientia.
9. Multa Regula SS. Ordinum non obligant ad actum.
10. Possunt tamen obligare indirectè, & per accidentem.

§. I.
Statuitur affirmativa.

CONCLUSIO PRIMA. Lex humana tam Civilis, quam Ecclesiastica potest obligare subditum in conscientia. S. D. q. 96. a 4. estque tam certa, ut plures Autiores afferant esse de fide: nam Luca 10. dicitur: Qui vos audit, me audit. Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non enim est potestas, nisi a DEO: que autem sunt, a DEO ordinata sunt. Itaque qui resiliunt potestas, DEI ordinationi resiliunt, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt, &c. Ideo necessitate subditis efforte, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, &c. Act. 15. Apolloli Ecclesiis impostuerunt præceptum abstinendi à sanguine & suffocato, quod ibidem vocatur necesarium, non alia de causa, quam quia obligans in conscientia. Accedit Ecclesia praxis, quæ fideles se obligatos agnoscunt ad fervanda præcepta Ecclesia de jejunio, Sacro diebus festis audiendo, &c.

Probatur etiam ratione. Qui legis æterna & naturalis obligationem determinat ad novam materiam, in qua antea non obligabat, ille caufat novam obligationem in conscientia: sed qualibet lex humana justa & rationalibus facit, ut

aliqua materia de novo cadat sub universalitate illius legis & præcepti tam Divini, quam naturalis, quod potestat legitimè præcipienti sit obediendum: ergo. Addo, quod absque obligatione in conscientia potestas legislativa upiurium foret inutilis, & inefficax, neque bono communè consideretur, dum vi, vel fraude penas impositas plerique effugerent.

Dices. Jūdex inferior nil potest in foro iudicis superioris; sed forum conscientia pertinet ad DEUM, unde dicitur forum poli: ergo potestas humana non potest inducere obligationem in conscientia. Respondeo: Nil potest in foro Superioris, nisi ad hoc ipsum potestatem accepterit à jūdice superiori, concedo; secus, nego. Sed, ut dictum, Legislator humanus hanc potestatem habet à DEO, à cuius æternalē lege qualibet lex justa derivatur.

CONCLUSIO. Quaelibet lex humana, si vere habeat rationem legis, obligat in conscientia, vel ad actum de quo primo disponit, vel ad subiectum poenam, quam adjicit. Ita Sotus l. 1. q. 6. a. 3. Suar. l. 3. c. 20. cum communi. Ratio est: quia licet penderat à voluntate legislatoris, ut lex naturæ jubens superiori legitimè præcipienti parandum esse, applicetur, vel non applicetur determinata materia; non tamen pender ex ejus intentione, ut illa semel applicata non obliget: sed per quamunque justam legem applicatur prædicta lex naturæ ad determinatam materiam, & quidem ad actum, si lex sit præceptiva, vel mixta copulativè; ad poenam, si sit penaliz; ad alterutrum, si sit mixta disjunctivè. Ergo data quacunque lege humana semper est obligatio in conscientia vel ad actum, de quo lex primo disponit, vel ad poenam. Unde

Inferes ex dictis primò. Leges purè penales, & disjunctivè mixtas non obligare ad actum, quia penderat à voluntate legislatoris, ut obligationem naturalem appliceret vel ad actum, vel ad poenam: sed in lege purè penali eandem applicat tantum ad poenam; in lege disjunctivè mixta indeter-

Tract. VIII. Disp. XXXV. Artic. I. §. II. & III.

314

in determinate vel ad actum, vel ad poenam: ergo istae leges obligant, vel non obligant determinate ad actum.

5. Inferes secundò. Si in lege humana non satis clare exprimatur intentio obligandi ad actum, de quo lex primò disponit, non esse censendam obligationem determinate ad actum, sed vel tantum ad poenam, vel ad alterutrum disjunctivè: quia in obscuris minimum est sequendum per Reg. 30. Juris in 6. Et contra eum, qui legem dicere potuit apertus, est interpretatio facienda. Reg. 57. in 6. Ceterum intentio obligandi in conscientia ad actum, de quo lex disponit, colligi potest ex terminis legis, veluti cum uitio terminis preceptivis, vel prohibitoris, jubemus, mandamus, &c. vel expresse onerat conscientiam subditum, vel adjicit poenam spiritualem latè, vel ferenda sententia, &c.

6. Inferes tertio. Siqua dentur sanctiones à legirima potestate verbis preceptivis latè, in quibus tamen legislator exprimit, se nolle gravare subditos in conscientia: tunc ejusmodi sanctio[n]es nec esse propriæ leges, neque consilia; sed simplices constitutions, seu ordinaciones. Ita Salmant. cap. 2. punct. 1. n. 7. cum Palao aliisque. Et quidem non sunt propriæ leges, quia non ligant; prout legislator significat, in cuius est potestate imponere vel tollere obligationem. Neque sunt consilia: quia non sunt verbis fassivis, sed preceptivis: sunt ergo simplices ordinaciones, quemadmodum multa statuta Regularia SS. Ordinum & Congregationum, Academica, &c.

7. Dices primò. Pœna supponit culpam: ergo nemo potest obligari ad subiungandam pœnam, priusquam contraxerit culpam. Respondeo primò. Supponit culpam vel Theologicam, vel civilem, & politican concedo; semper Theologicam, nego. Respondeo secundò. Pœna rigorose accepta, supponit culpam, concedo; pœnalata accepta & medicinalis, nego: sed quando lex est merè pœnalis, tunc pœna non est rigorose pœna, quia tantum est quædam molestia & pœnalis in finem boni communis inflata; nec proinde supponit culpam Theologicam, sed civilem.

Dices secundò. Lex fundata in presumptio[n]e facti, deficiente veritate facti prorsus non obligat: ergo non est de ratione legis, quod obligat. Respondeo. Ejusmodi legè esse conditionatum, si nempe subiit veritas presumpta, quæ proinde conditione deficiente, neque obligatorio, neque lex ipsa ad ejusmodi casum extenditur.

§. II.

Quid de legibus tuibitorum & vestigialium?

8. CONCLUSIO SECUNDA. Leges tributorum & vestigialium verbis preceptivis concepta, probabilis obligant in conscientia, si habeant debitas conditiones, ut sunt, legitima autoritas in imponente, finis debitus v.g. conservatio Principis, iustum bellum, conservatio viarum &c. non excessiva, sed recta quantitas, & proportio moderata. Ratio est: quod ista leges fundentur in iustitia

tum legali, tum commutativa: in legali, qualiteretur membrum juxta proportionem suarum necessitates; in commutativa, quæ subditæ debent Principi, vel Magistrati sustentacionem & redditus congruos propter onera & curam boni publici. Et deducitur effigaciter ex verbis Christi Matth. 22. Reddite, quæ san[cti] Caesaris, Celari. Et maximè Apostoli Rom. 13. Necesse subditæ stote etiam propter conscientiam; id est omnia & tributa praefatis &c. reddite ergo omnibus debita, cui tribuum, tributum; cui vestigial, vestigial, &c.

Neque obedit adjuncta pœna taxatio: hec sola quippe non probat legem esse penalem, sed potius arguit gravitatem, & roborat obligationem. Ita cum Couarr. Layman l. 3. tr. 3. p. 1. c. 3. Engel l. 1. t. 2. §. 3. n. 46. Petzschacher q. 4. a. 4. Ubi tamen merito observant Sylvester & Molina, defraudatorem tributorum, vel vestigialium in iudicio pœnitentiali non statim esse damnum gravis peccati, neque ad restituendum, vel pœnam exsolvendam ante iudicis sententiam obligandum: nam [1.] aliquando illi communis, & non vana populi persuasio, sub praetextu publica necessitatis, aut congrua sustentationis luxum & pompam queri, vel tributa ob publicam necessitatem primitus imposta, postea sublatæ necessitate in luxum verti. [2.] vel de iustitia iuri bus impositi dubitatur, & tunc potest esse melior conditio possidentis, ut cum Molina notat P. Engel cit. [3.] vel dubitatur, num lex sit penal, aut non imprudenter ob communem opinionem vel consuetudinem praesumitur esse talis. [4.] Opposita quoque sententia, dicens, leges tributorum esse penales, videtur esse prædictæ probabilius. [5.] Maximè in forensibus & externis, quibus propriæ transitus magna lepe vestigialia sunt solvenda, nec tamen tanta ipsi obligatio at bonum alieni Principis aut Provinciis conservandum incumbit, quam propriis subditis. [6.] Ali quando etiam tantus est excessus vestigialium impositorum, ut legislator ad eorum solutionem conscientias onerare non voluisse merito praesumi debeat.

§. III.

Quid sentiendum de regulis SS. Ordinum, presertim S. P. Benedicti?

CONCLUSIO TERTIA. Plurime constitutiones & regula SS. Religionis & Ordinum Regularium non obligant in conscientia ad aliam, quia aliqua sunt tantum pœnales, aliqua verbi tam se habent per modum simplicis statutis & regulationis dirigentis. Ita non tantum de sui S. Ordinum sed etiam de Regula S. P. Benedicti sentit S. Th. 2. 2. q. 186. a. 9. & quodlib. 1. a. 20. D. Anton. 3. p. rit. 16. c. 1. Anton. Perez in prol. reg. divis. 5. Caram. in Reg. disp. 7. a. 2. Reding de legi. q. 186. a. 3. controv. 2. docentes: Regula S. P. Benedicti extra materiam votorum non obligare ad actum, sed in plerisque habent rationem vel legis pœnalis, vel simplicis statuti. Ex quibus ratio assertio nostra sic deducitur. Quæcumque continentur in sacra Regula, aut sunt pracepta, aut ordinaciones & statuta, aut administrationes & consilia: unde adverteat D. Anton.

nino cit.] in fronte Prologi S. Reg. S. P. Benedictus, postquam dixit: *Ausculta o fili precepta Magistri, subiunxit: & admonitionem p[ro]i Patriis libenter exipe.* Atqui neque ordinaciones & statuta, neque admonitiones & consilia per se obligant sub peccato, cum non habeant vim precepti. *Unde statum est putare, si inquit S. D. cit.] quod Monachus frangens silentium post Completorium peccaret mortaliter, nisi forte faceret hoc contra preceptum Prelati, vel ex contemptu Regule: ergo illa solùm, quæ in Regula continentur per modum precepti, obligant sub peccato. Subsumptum probatur ex citato S. D. Si Regula extra materiam voti haberet rationem precepti, tunc maxime in prescripta abstinentia à carnibus tanquam gravi materia: sed in hac non haberet rationem precepti, ut rursus agnosceret expresse D. Tho. ita loquens loc. cit. *Absentia à carnibus non ponitur in Regula B. Benedicti in preceptum, sed in statutum quoddam.* Confirmatur secundò: *In obsecris minimum est sequendum, h. e. cum est dubium de voluntate obligandi, benignior est interpretatione facienda juxta præcitatam Reg. Juris in: sed non liquet, utrum Regula S. P. Benedicti extra materiam votorum sit potius preceptum.**

Dixi tamen primò, per se loquendo, & ex vi Regulae, quia per accidens, & ex directa vel indirecta oppositione cum aliquo voto Professionis fieri potest, ut Benedictinus in transgressione Regulae peccet venialiter, vel mortaliter. *Et sic primò peccabit mortaliter, si transgredietur Regulare statutum in gravi materia à Superiori preceptum in virtute Sancte obedientie: vel si transgredietur ex contemptu formali vel virtuali Regularium statutorum, tunc enim peccat contra statutum Religiosum, & votum conversionis morum secundum Regulam, quo voto eti Religiosus non se obligat ad facienda omnia, quæ prescribuntur in Regula [hoc enim est onus impotabile] obligat se tamen ad habendam voluntatem suos mores ad normam Regulae conformandi, cui voluntati directè contrariatur formalis voluntas Regulae se non subjiciendi. Secundò peccat Religiosus Benedictinus venialiter, quotiescumque statutum Regulare sine aliqua rationabili causa & altioris virtutis dictamine transgreditur; tum quia talis transgressio est actus otiosus & hoc ipso inordinatus; tum quia remota saltem disponit ad contemptum Regulae, sive remota & indirecte adverterat voto Conversionis morum secundum Regulam.*

Dixi secundò. *Habere in plerisque rationem legis pœnalis, vel &c. in eo quippe assimilatur legi pœnali, quod pro transgressionibus & culpis Regularibus pœnas & expiationes prescribat, quas si Superior transgressor imponat, iste urgente obedientie voto subire tenebitur,*

ARTICULUS II.

Quando & quomodo obligent leges pœnales ad subcundam pœnam?

S U M M A R I A.

1. *Alia pœna late, alia ferenda sententia.*
2. *Aliqua pœna positiva, aliqua negativa.*
3. *Quoniam leges pœnales obligent ante Judicis sententiam?*
4. *Pœna privantes jure iam acquiri capto non obligant ante sententiam declaratoria criminis.*
5. *Quomodo post sententiam Judicis teneatur reus subire pœnam?*
6. *Inferior judex non potest remittere pœnam legataxatam.*

§. I.

Quid sentendum de lege illativa pœna spiritualis, & privativa juris acquirendi?

1. *N*otandum primò. *Pœnam legi statutum a liam dici ferenda, aliam late sententia. Poena ferenda sententia est, cum transgressor obligatur à lege ad sustinendam pœnam post judicis sententiam, quæ sententia dupliciter se habere potest; ut vel sit declaratoria tam criminis quam pœna, vel solùm sit declaratoria criminis. Poena late sententia est, quam lex infert, & ad quam obligat, non exceptatà judicis sententia. Poena*

R. P. Mezg. Theol. Schol. Tom. II.

*Iatæ sententia colligitur ex verbis legis, si dicat, pœnam ipso factu, ipso jure incurrat: Poena ferenda sententia colligitur, si verba legis loquantur in tempore futuro, modo imperativo, v. g. *Suspendatur, excommunicabitur; aut sint comminationes, sub pena interdicti, excommunicationis, &c.* tunc enim nisi jungantur illa voces [*ipso facto incurredra*] lex censetur statuere pœnam ferenda sententia.*

Notandum secundò. In ipsi pœnis alias dici positivas, quæ ad sui executionem indigent ulteriori actione, ut solatio pecunia, fons metalli, &c: aliquam privativam, quæ nimurum privat aliqua re, fructu, jure, vel querendo, vel quausto, sine ulteriori actione, ut Censura Ecclesiastica, privatio vocis activæ & passivæ &c: aliquæ pœnæ sunt conditionales, quia non tam sunt pœna, quæ carentia beneficii, quod legislator non nisi sub certa conditio ne dare voluit. Si Clericus beneficiatus habatum non defers privatur privilegio fori, quia privilegium datur sub conditione habitum defendi. His positis, cum certum sit, pœnas ferendas sententias non obligare ante judicis sententiam

R. r